



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 1. Sine rectâ gubernatione res non subsistunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

CAPUT II.

Providentia Divina gubernat & ordinat omnia in bonum nostrum : Qua cogitatio magno nobis debet esse solatio.

§. I.

Sine reâ gubernatione res non subsistunt.

OMnis corporis tam physici & naturalis quam civilis & politici rectus ordo dependet ab unitate sive unione & justâ dispositione eorum qui præsunt. Et sanè quæcunque querelæ, quæcunque dissidia & rebelliones inter membra aut cives extiterè, à divisione capitum & interioris, à quo vim motricem accipiunt & vitam, ipsius inordinatione sunt orta. Florentissimæ Græcorum Romanorumque Resp. intestinâ suorum Magistratuum discordiâ, dissipatæ sunt. Non ferebat hic pacem, nec ille superiorem, quondam dictum est de duobus Ducibus memoratissimis, à quibus potentissima, quæ unquam in orb e terrarum extitit, everia est Respub. Florus l. 4. c. 2. Corpus humanum tanta compactum & multitudine & diversitate organorum, quæ exigunt ad exequendum munus suum, innumerabiles qualitates, & dispositiones differentes, nimirum duritiem ossium, molliem carnis,

carnis, ebullitionem cordis, cerebri frigiditatem, oculorum caelestem quandam lucem, pedum terrestrem firmitatem & pondus, quae in seipso quoque perpetuum atque inter se nutrit bellum qualitatum inter se pugnantium frigoris, caloris, siccitatis & humiditatis, hinc inquam corpus tantam constans partium, organorum, humorum, & temperamentorum tam dissimilium varietate, quorum alia ab aliis sic discrepant, sese invicem corrumpunt ac destruunt, qua demum ratione potest consistere sibi, atque conservari sine influxu & beneficio animae, quae illi vires, calorem & motum, sanitatem, motum & vitam subministrat? quae iustam compage membra colligit, temperat humores, cordi motum tribuit, sanguis replet medullam, venas sanguine. Hinc philosophus quidam intuitus forte corpus mortuum sine arteriarum pulsu, sine motu, sensu gravem exhalans mephitum in effluvia vermium & putredinem sensim cedere, dicitur se fertur: apparet profecto, emigrasse hinc hospitem. Et omnino fateri necesse est, quod cadaver dam esse in corporibus nostris quo cadaver careat.